Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36639
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

171

&erat semel filius gehenne. Videns
magistrorum uitia & intellegens distrue
re eos opere quod uerbis docebant. Reue
titur aduomitum suum & gentilis factus
quasi preuaricator maiore poena dignus
erit; filius autem uocatur gehenne
quomodo filius perditionis & filius huius seculi
Vnusquisque enim cui opera agit ei filius
appellatur. Uae uobis duces ceci qui
dicitis quicumque iurauerit per templum
nihil est. Qui autem iurauerit in
auro templi debet. stulti & ceci quid enim
maius est aurum an templum quod sanctificat
aurum. & quicumque iurauerit in
altare nihil est. quicumque autem iura
uerit in dono quod est super illud altare quod
sanctificat donum. qui ergo in altare
iurat iurat in eo & in omnibus quae super
illud sunt. & qui iurauerit in templo
iurat & in illo & in eo qui habitat in ipso.
qui iurat in caelo iurat in throno dei
& in eo qui sedet super eum.

∴ debitor est. Ceci quid hic maius est donum an